cessit alii prefecto · sedit in carruca agens
officium prefecture · Transactisque paucis diebus;
denuo misit ad eam; Tunc iuliana pertractans
consilium dixit ad eos · Iuntes dicite eleusio · Si
credideris deo meo · & adoraueris patrem
& filium & spiritum sanctum · nubam tibi · Quod si nolueris ·
non potes me accipere in coniugium · Hec audiens
pater eius dixit · Per misericordes deos apollinem &
dianam · quod si permanseris in his uerbis · feris te
tradam · Iuliana respondit · Noli ergo pater credere ·
quia te timere habeo · Filium dei quod si uiua in
cendor · numquam tibi consentio · Tunc denuo
rogauit eam pater eius ut ei consentiret · ne tale per
deret decus · Ad hec iuliana respondit · Deus pater
non intelligis que a me tibi dicuntur · Verum dico
& non mentior · quia omnem questionem · & om
ne iudicium gratanter sustineo · non recedam a domini
mei ihesu xpisti preceptis · Statim pater eius iussit eam ex
poliari & cedi dicens ad eam · Quare non adoras
deos · Illa autem clamans dicebat · Non credo ·
non sacrifico · non adoro idola surda & muta · sed
adoro dominum meum ihesum xpistum · qui uiuit & reg
nat in celis · Tunc pater eius cruciatam tradidit
eam prefecto sponso eius · Prefectus autem iussit eam
adduci ante tribunal suum · Et uidens pul
critudinem eius · blandis sermonibus loque

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BSB Bayerische StaatsBibliothek
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bayerische Staatsbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bsb_clm11321/0176